

- 15 *Assassinus tam mandans quam mandatarius, secundo suo homicidio, qua pena puniatur.*
- 16 *Princeps Ecclesiasticus, licet poenam mortis inferat per sententiam iudicalem: legem tamen condendo bene potest id facere.*
- 17 *Clericus absque metu irregularitatis potest Principi consilium, ut pro certo crimine mortis poenam statuatur, eidemque legi condenda clericus aut praelatus suffragium exhibens, irregularis non erit.*
- 18 *Assassinus mandans & mandatarij puniuntur poenis d.l. Regie & c.1. de homicid. lib. 6.*
- 19 *Textus in d. cap. 1. de homicid. lib. 6. an loquatur contra laicos summo Pontifici non subditos in temporalibus.*
- 20 *Assassinus non solum dicitur, quando eis aliquid datum vel soluitur pro homicidio committendo, sed etiam cum promittitur.*
- 21 *Argumenta probabilia sufficiunt ad probandum crimen assassinij, & an requiratur citatio parisi.*
- 22 *Quod procedit, nedum ad condemnandum poena extraordinaria, sed etiam poena corporis afflictiva.*
- 23 *Clericus assassinus absque degradatione, potest per iudicem secularem puniri, quia ipso iure remanet spoliatus omni privilegio.*
- 24 *Sententia tamen declaratoria assassinij requiritur, per quam iudex pronuntiet eum esse assassinum.*
- 26 *Textus in cap. 1. de homicid. lib. 6. procedit etiam, si ex assassinio non sit secuta mors, dummodo per conatam non steterit, quin delictum consummaretur, & n. 30. & n. 31. sed n. 32. quod mitius puniunt. Constituntur tamen 4 casus, n. 34. cum sequent.*
- 27 *Hodie de generali consuetudine non puniuntur effectus effectus non secuto, poena ordinaria, sed bene arbitraria, quando conatus ad exteriorem actum fuit deductus, ut in n. 28. etiam in atrocissimis delictis, ut in n. 33.*
- 29 *Conatus nulla poena puniendus est in criminibus, non atrocioribus, si conatorem sua sponte poenitet & ab opere cesset.*
- 34 *Assassinus, non consummato delicto, an puniatur poena ordinaria vel extraordinaria? Quatuor casus distinguntur hic, & in n. seqq.*
- 41 *In casibus, in quibus ille, qui devenit ad actum proximum in delictis, non potest puniri poena ordinaria: debet tamen actus puniri pro motu iudicis, quam qui devenit ad actum remotum.*
- 42 *In casibus, in quibus puniuntur solus conatus, etiam non secuto effectu, semper intelligendum est, ut procedat, quando deventum est ad actum proximum maleficij.*
- 43 *Effectus quando puniatur, licet non sequatur effectum remissus.*
- 44 *Renovatio mandati assassinij non sufficit, quod fiat re integra, ad effugendam poenam c. 1. de homicid. lib. 6. in quo sunt duae opiniones contrariae, conciliantur tamen hic & n. 45. sed num. 46. additio adicitur.*
- 47 *Mandato renovato & nullo ideo effectu secuto, etiam in atrocioribus non est locus poena ordinaria, sed extra ordinem arbitrarij puniuntur.*
- 48 *In atrocioribus delictis, prout est crimen assassinij, ex solo mandato suscepto, etiam si delictum non sit secutum, tenetur mandatarius & debet puniri poena arbitraria: in aliis vero criminibus lenitibus in totum excusantur, ex ipsa distinctione Anton. Gomez, ut in n. 49.*
- 50 *Assassinus an gaudeat immunitate Ecclesiasticae, & n. seqq.*
- 51 *Infidels gaudent non debent immunitate Ecclesiastica.*
- 52 *Occidens alium proditorie & per insidias, non gaudet immunitate Ecclesiastica.*
- 53 *Fautores assassinorum non gaudent immunitate Ecclesiastica.*
- 54 *Assassinus an gaudeat immunitate Ecclesiastica, quando delictum non fuit consummatum, sed attemptum, & n. seqq.*
- 55 *Percutiens aliquem proditorie, licet inde mors non sequatur, an gaudeat immunitate Ecclesiastica, & n. seqq.*
- 56 *L. fin. tit. 1. partit. i. intellectus.*
- 57 *L. 2. tit. 2. lib. 8. non collect. Reg. intellectus.*
- 58 *Animus occidendi qualiter probetur aut presumatur.*
- 59 *Assassinus percutiens aliquem animo non occidendi, morte non secuta, an gaudeat immunitate Ecclesiastica.*
- 60 *Assassinus dicitur, qui se iungit animam ad corpore alterius insu, qui numeris captus hominem occidit non vero qui vulneravit.*

QVÆSTIO VII.

In eandem l. 3.

Quæ sit poena assassinij, & utrum is gaudeat immunitate Ecclesiastica?

QUÆSTIO septimo, qua sit poena assassinij, & utrum is gaudeat immunitate Ecclesiastica? Et quoad primum, habemus text. de assassinio loquentem in cap. 1. de homicid. lib. 6. ubi deestato maxime hoc crimine decidit text. ille, quod per assassinios faciens vel mandans aliquem Christianum interfici, licet mors ex hoc non sequatur, ab omnibus diffidatus ipso facto incurrit sententiam excommunicationis & depositionis ab officio & beneficio.

Ex quo text. probari videtur apertissime, crimen hoc assassinij proprie committi, ut eius definitioni locus sit, ubi quis aliquem Christianum occidit opera & industria hominum quorundam infidelium, qui gentilitio patrie nomine assassinij dicuntur, sicque assassinij sunt quidam infideles, qui subsunt Principi ite infideli, à quo ita edocti & instructi sunt, ut quos ille occidi iusserit, facillime occidant, arbitantes ex hoc morte non esse timendam nec vlla poena ob crimine istud post obitu passuros: Imo se obsequium præstare Deo opinantur. Idque patet ex litera dict. cap. 1. ubi: *Præsertim cum nonnulli malignantes taliter perimi formidantes coacti fuerint securitatem ab eorundem assassinorum domino impetrare, sique ab eo, non absque Christiana dignitatis opprobrio, redimere quodammodo vitam suam. Comprobatur etiam apertius ex traditis per Raphael. Volater lib. 11. c. de sectis Syriae, ubi dicit, assassinus esse Syria homines à pueritia ita instructos, ut nuncios Regis aut domini, cui obediant, eius mandato audacter incantatos opprimant. De quibus etiam meminit Paulus Æmilii Veronensis, auctor gravissimus de rebus Francorum, lib. 5. c. 7. cuius verba ad longum refert Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 4. casu 360. n. 41. Et addit Bernard. Diaz. in pract. crim. cap. 96. lit. D. col. 2. In his igitur assassinis, non vero in aliis hominibus Christianis subditis, vel non subditis infideli Principi, qui pecunia alioque pretio conducti alterum*

alterum occidunt, nec in eos conducentibus (quia hi non sunt, nec proprie dicuntur assassini, sed quos proprie diximus) habet locum dispositio text. in d. c. 1. de homicid. lib. 6. & cætera, quæ à iure statuta sunt adversus criminosi assassinij auctores, prout in terminis tenent Archidiacon. & Ioan. Andreas in d. cap. 1. de homicid. in 6. Alberic. in suo dictionario, verb. assassinus, & semora consuetudine Franc. Aretin. conf. 165. col. 10. summa Pisana, verb. assassinus, & summa Rosell. eodem verb. & in verb. excommunicatio, 24. Sylvest. in summa, verb. assassinus, quest. 1. & latius Caietan. in sua summa, verb. assassinus, & in verb. excommunicatio, casu 26. & beatus Antonius Archiepiscopus Floren. in sua summa, in 3. part. tit. 24. ubi etiam quod possunt dici à verbo, scindo, scindis, quia abscondunt animam de corpore: & prædictos alioque refert Remig. de Goni. de immunita. Eccles. fallen. 5. per totam, præcipue n. 6. quorum opinionem sequitur & intrepide probat D. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 10. n. 10. verb. sed ut ad assassinios, hinc plura inferens, quæ iuxta hanc suam & cæterorum opinionem probat, de quibus infra in contraria opinione agemus.

His tamen non obstantibus, sententia contraria generalior est communis & in praxi tenenda, nempe assassinios, vulgo secundum communem loquendi modum dici quocunque, qui pecunia alioque pretio conducti homines occidunt percunt, nihil tale ab eis præcauent. Quod assassinij crimen vtrique dicitur, tam quoad mandantem conducentemque, quam quoad mandatarium & locatorem suarum operarum in hoc scelus, etiam si hi mandatarij Christiani sint, ut explicat communiter Dd. existimantes, in huiusmodi locum habere iuris dispositionem, d. c. 1. de homicid. lib. 6. & cæteras de assassinios loquentes, præcipue domini Anchar. Imol. Probos & alij in d. c. 1. Idem voluerunt Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. num. 14. & in l. Cicero. ff. de panis. Et alij plurimi relati per Couar. ubi supra, n. 9. ubi & in num. 10. eam sæpissime communem proculdubio appellat & consuetudine receptam, teste Aretin. conf. 156. column. 11. & adeo receptam, ut admodum pauci refragentur, & tandem ex iunioribus pro hac communis sententia citat Thomam Grammatic. voto 8. 9. & 11. & Capicium dec. Neapolit. 155. Eandem tenent & sequuntur alij plurimi auctores citati per Remig. dict. fallen. 15. per totam, ubi cum quoque probate videtur in 1. conclusione, & est communis, secundum Ægidium Bofsum, qui eam sequitur in sua pract. crim. in tit. de mandat. ad homicid. num. 16. & quibus proximè præcedentibus idem probat alios citans, & secundum Placam lib. 1. de delict. cap. 19. n. 2. & Viuium in lib. commun. opin. verb. assassinus, ubi refert Aretin. præcitato conf. 163. post num. 17. dicentem communem & forte consuetudine approbatam: sequitur & dicit communem alios allegans Iul. Clarus, recept. sentent. lib. 5. §. assassinium. Sequitur etiam & dicit communem nouissime Mascard. de probat. 1. tom. concl. 38. probat Antonius Gomez in 3. tom. c. 3. de homicid. n. 10. ubi inquit, quod de hoc crimine assassinij loquitur text. in d. l. non solum, §. si mandato, vers. Proculus, ff. de iniuriis, dum ita inquit: *Proculus vult ait: Si in hoc te conduxerim, ut iniuriam facias, cum viroque nostrum iniuriarum agi posse. Ibi que etiam citat text. in d. cap. 1. de homicid. lib. 6. Eandem etiam sententiam contra priorem expresse sequitur plures allegans Gregor. Lopez. in l. 3. tit. 27. part. 7. in gloss. assassinus, arbitratus esse*

de consuetudine approbatam & non esse restringendam illam dispositionem ad certum genus hominum, qui secundum aliquos erant secuti & Saraceni seu infideles, prout voluerunt Archidiaconus & Ioannes Andreas in dict. cap. 1. & Aretin. d. conf. 153. column. 10. Et quod licet illa Practitarum non bene exprimat, qui sint isti assassini, satis ea videtur colligi, esse homines desperatos, qui erant afflicti ad istas proditorias; & quia ista non solent fieri absque pecunia cum isti nullam ab occisis recepissent iniuriam, satis videtur, quod hæc faciebant conducti pecunia; & de talibus videtur, quod debeat intelligi lex illa, prout & ipsa aperit ad finem, subobscure enim tractat, qui sint assassini, ut dicit Couar. ubi supra, num. 10. inquit enim lex. in princip. *Assassinus son llamados a manera, que hoy de homes desesperados, e malos, que matan a los homes a traycion, de manera que no se pueden dellos guardar: ca a tales y ha de ellos, que andan vestidos como Religiosos, e otros como peregrinos, e otros que andan como labradores, e al vergance para labrar con los homes, porque se aseguren con ellos, y andan muy encubiertoamente en estas maneras sobredichas, e en otras semeiantes destas: porque puedan cumplir su traycion, e su maldad, que han en el corazón de fazer. Et rursus in fine inquit lex: *Orrefi dezimos, que los assassinos, e los otros homes desesperados, que matan los homes por algo que les den, e deuen morir porendo tambien ellos, como los otros, por cuyo mandado lo hacen. Et in sua principali decisione lex illa Regia loquitur de poena receptatis assassinum & de non manifestando eum, vt sit mortis; & quod ipse assassinus, si haberi non possit, sit omnibus diffidatus, vt quilibet impune eum occidere possit.**

In primis enim colligo ex hac lege Regia, non esse conformem circa expositionem vel significationem huius nominis assassinij, opinioni priori Archidiaconi, Ioannis Andreae & sequacium, vt patet, quia non requiritur, quod mandatarius sit infidelis, nec subditus Principi infideli, nec cætera, de quibus in dicta prima opinione; quin imo potius innuit contrarium in illis verbis: *Assassinus son llamados a manera que ay de homes desesperados, &c.* Illi enim infideles mandatarij, de quibus Archidiacon. & cæteri ita edocti & instructi erant à domino infideli, vt quos ille occidi iusserit, facillime occiderent, arbitantes ex hoc mortem non esse timendam, nec vllam poenam ob crimine istud post obitum passuros, imo se obsequium præstare Deo opinabantur. At vero hoc conuenire non videtur illis, qui sunt desperati, de quibus in lege Particæ.

Secundo colligo, quod licet lex ipsa Regia eisdemmet verbis non videatur approbare communem opinionem supra dictam; attamen re ipsa satis id fit iuncto principio cum sine supra relatis: licet enim in principio dicatur, hos mandatarios mutare vestes, eas habentes interdum religiosorum, nonnunquam peregrinorum, aliquando rusticorum, hoc illis temporibus sic contingebat, non tamen ex eo substantia mutatur, quandoquidem inquit, hoc facere eos, vt proditorie homines cum effectu occidant, aliquo sibi dato, quæ est substantia huius criminis, vt in dict. cap. 1. de homicid. lib. 6. Cætera enim, de quibus in illo text. in dict. l. Regia sunt ex accidenti & casu contingentia. Constat igitur, significationem assassinij descriptam à lege Regia Particæ esse conformem, si non verbis omnibus positus in dict. cap. 1. saltem

substantia, præcipue cum utrobique dicatur, quod assassinus precio & mandato alterius occidens hominem, sit ab omnibus diffidatus. Loquitur etiam dict. cap. 1. in receptoribus & defensoribus horum assassinatorum, atque in eos occultantibus eadem pena utrumque puniendo, sicut etiam puniuntur. I. Partitæ. Infricari igitur non potest, communem opinionem supradictam maxime corroborari à prædicta lege Regia, atque ideo leges & constitutiones loquentes de assassinis eorumque penis, intelligendas esse atque ad praxin deducendas iuxta sensum communem & vulgarem huius nominis assassini, de quo in secunda opinione communi prædicta & tenenda: Assassini enim cum variis quæstis coloribus, dolis ac machinationibus ad suam pessimam intentionem prodicionis implendam utantur, nimirum si maxime illis temporibus quibus condita fuit d. lex Partitæ diversis vestibus fallacibus uterentur, prout hodie etiam, ut facilius huiusmodi scelera admittant, uti possent, intus autem sunt lupi rapaces, non tamen, quod his vestibus uterentur, desinent esse veri assassini, si cætera, quæ communis requirit, concurrant, quamvis non ea, quæ prima opinio exposcit. Communis igitur est tenenda, etsi eam proculdubio falsam esse opinetur Cou. ubi sup. n. 10. paul. ante vers. vero censet. Et quamvis ipsemet statim in vers. 2. infero, cum teneat contra communem, inde inferat, mandantem aliquem occidi, pecunia conductus hominibus, qui assassini infideles non sunt, etsi mors secuta fuerit, canonis illius excommunicatione minime effectum esse, cum ea excommunicatio tantum in eos lata sit, qui industria & opera assassinatorum infidelium Christianum aliquem occidi mandaverint; ipse tamen fatetur contrarium, si communis interpretatio prædicta admittenda foret, prout est; & ita contra eum in hoc quoque tenendum est per prædicta. Eandem communem sententiam novissime probat & defendit contra Cou. D. Canter in suis qu. crim. in q. 1. de quæst. tangentibus punitionem delictor. c. 6. n. 45. cum segg. 37.

Ex qua communi & recepta sententia I. Regia probata inferitur: primo, quod ad hoc, ut quis dicatur proprie assassinus, & consequenter in eo locum habeat dispositio d. c. 1. requiritur, quod ille interfecit esset Christianus, nam ubi agitur de imponenda pena alicuius specialis constitutionis, requiritur, quod concurrant omnes qualitates, de quibus in ipsa constitutione. Ita in terminis ex d. cap. 1. ubi, quempiam Christianorum. Hanc illationem prior tenuit Ioan. Andr. ibi in novellis dicēs, se propter hoc semel evasisse quendam prælatum à mortis pena, qui quidem hominem assassinaverat, ex quo non fuit probata qualitas, quod homo ille assassinatus esset Christianus, prout requirit text. illi, & Ioan. Andream in hoc sequuntur communiter Dd. secundum Alexand. conf. 166. in fin. lib. 7. & secundum Couat. d. c. 20. lib. 2. var. resol. n. 10. vers. 5. qui eam sequitur & alios citat, & est sententia consensu omnium stabilita, secundum Petrum Plac. ubi sup. d. c. 19. n. 8. & ex eisdem hoc etiam testatur Iul. Clarus in d. §. assassinum, in vers. bene verum est, & verum in pract. crim. §. fin. quæst. 85. vers. ubi agitur, & sequuntur plurimi relati per Mesiam in l. Regia Tolæti, de los terminos, in quarto fundamento 2. parisi, n. 7. dicit communem plures referens Malfard. ubi sup. n. 16. & refert esse consuetudine receptam: sed credit Iulius Clarus, ubi sup. in dict. vers. bene

verum est, ibi: Sed certe credo, quod hæc defensio apud se parum prodesset, modo ille fuisset occisus in territorio Christianorum: Licet enim vere nemo nascatur Christianus, tamen cum à communiter accidentibus infideles non sint soliti inter Christianos converteri, ille, qui in territorio Christianorum reperitur, habendus est pro Christiano, præsertim in hoc tam gravi delicto, in quo non est super huiusmodi subtilitatibus insistendum. Vbi tamen reus probaret, illum fuisse infidelem, tunc utique esset ab hoc crimine assassini absolvendus, quod verissimum censeo; & ideo Iulij Clari opinioni in hoc me subscribo, quæ probatur ex dicta lege Regia Partitæ, quæ forsitan hoc confidens & pro constituto habens, minime requirit, occidendum esse Christianum, sed tantum inquit, que matan los homes, præsupponens scilicet, quod in his Regnis omnes homines sunt Christiani. Fit igitur ex supradictis, ut quamvis pro verificatione & punitione assassini requiratur, quod per ipsum occisus fuerit Christianus, ut in d. c. 1. id tamen in his regnis & in alio territorio Christiano, cæteris probatis, à communiter accidentibus præsumitur, contratio non probato; qui autem aliud dixerit, probare debet, ut liberetur ab eo crimine; eo vero non probato, absolvendus minime erit, si de delicto constiterit, ne remaneat impunitus. Quod etiam voluit Carrer. relatus & secutus per Malfard. ubi sup. n. 14. dum existimat, quod in dubio super ista qualitate, an occisus sit Christianus, nec ne, præsumitur Christianum fuisse: credit tamen Malfard. hoc non debere procedere in his, qui circumcisi reperitur, ut fuit Hebræi & alij infideles, quia ex hoc satis dicitur præsumi, illos non esse Christianos, cui præsumitur standum est, nisi contrarium probetur.

Secundo quæ supra dicta communi sententia inferitur, quod tales assassini sunt diffidati à toto populo Christiano & possunt impune occidi, ut in d. cap. 1. Thom. Gramm. voto 8. n. 1. cum segg. & voto 9. n. 4. & iterum voto 20. n. 1. & 2. & quod in nostro regno si fugerint, possunt impune occidi, ut decidit d. l. partitæ, ubi, E si per antenara fuysse, que no le pudiesse aver para cumplir la inficicia en els damoso por desafiado de nos, e de todos los de nuestro señorio, demanera que qualque ra que lo mate de alli adelante no aya pena ninguna: quod si captus fuerit pena mortis puniendus erit, ut in d. l. partitæ, vers. final. ubi. Otrosíde zimo. &c. Addit Bald. conf. 385. ante num. 1. lib. 5. Quod in terra Cadagnano districtus Brigiæ cavetur lege municipali, quod si quis assassinaverit vel assassinate fecerit aliquem, trahatur per eandem equi vsque ad furcas, & ibi suspendatur taliter quod moriatur, & assassinus sit & esse intelligatur, qui pretio vel promissione accepta aliquem interfecerit: similiter qui pretio dato vel promisso fecerit aliquem interficere, quem refert Remig. d. fall. 15. n. 3. circa fi. ubi etiam citat Soc. in l. 1. §. fin. ff. de eo per quem fact. erit, & Petrus Plac. d. c. 19. n. 5. Iul. Clar. d. §. assassinum, vers. sed quæro, ubi referunt ex Soc. hoc in pluribus locis vsu ac consuetudine receptum esse: & ex Carretero quod hodie assassini per frusta scindantur, & quod iudices hæc pena utuntur propter criminis immunitatem & ad errorem aliorum: quod & tenuit Abb. Panorm. in c. si clericus in priv. n. 41. de iudic. nempe interfectores & homicidas pecunia ad id conductos, in penam tanti criminis frustatim scindendos ac dilacerandos fore: idemque sentit Castaneus in consuetud. Burgund. Rub. 1. vers. viden

videndum, n. 7. quos in hoc citat Cou. d. c. 20. n. 10. vers. quart. ubi, imo ipsos: & inquit Ant. Gom. in 3. tom. c. 3. de homic. n. 10. quod si assassinus qui pecunia corruptus occidit alterum, dicitur committere delictum proditoris, & cum aleuofia, & tollit naturalem defensionem offensæ, cum ab eo non possit præcaueri cum non esset inimicus & ideo debet puniri pena proditoris & aleuofis, & per consequens pena confiscationis medietatis bonorum: idem novissime probat D. Canter. ubi sup. d. c. 6. n. 49. dicens, quod si assassinus sequitur homicidio, tam mandans quam madataus puniretur pena mortis cum aliqua qualitate, trahendo eum per terram, & scindendo corpus in partes & ponendo in viis, quia est crimen proditorium, & consulentibus auxiliantibus, & receptoribus potest imponi pena de qua in d. c. 1. iuxta qualitatem culpæ, vel mitterentur in exiliū: & finaliter inquit, quod pena istorum erit arbitraria, & ita est tenendum cum hac secunda illatione, licet Couat. d. c. 20. n. 10. vers. 3. existimaverit contra communem eum, qui alterum occidi iusserit pecunia conducto homicida & sceleris sequuto, nequaquam diffidatum censeri, nec ex bannitum nec publicum hostem esse existimandum, ubi conductus homicida fidelis est, & alieno agente assassina: quia secundum ipsum in hoc casu admittenda non sit illius canonis constitutio: cum tamen contrarium supradocuerimus cum receptissima prope omnium sententia. Nec mirum, hanc penam à summo Pontifice in d. c. 1. statutam fuisse contra laicos crimine hoc assassini committentes, quandoquidem licet Princeps Ecclesiasticus mortis penam non infert per sententiam iudicalem, c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, ad fin. legem tamen statuendo eam potest infligere, secund. Bald. in c. 2. de maiorit. & obed. Bernard. Diaz, in pract. crim. c. 56. ubi addit, posse clericum & absque meta irregularitatis consulere principi, ut pro certo crimine mortis penam lege statuat intelligendam fore, eidemque legi condenda clericus aut prælati suffragium exhibens irregularis non erit, licet postea ea lege ipsa aliquis occidatur: quod alios etiam allegans sequitur D. Cou. ubi supra d. n. 10. vers. 3. ubi, nec mirum.

Tertio quæ eadem communi sententia & d. l. Regia deducitur, penis eiusdem l. c. 1. de homicid. l. 6. puniri non solum mandantes, sed etiam mandatarios ipsos respecta eadem iuris ratione, cum ut prædiximus utriusque appellentur assassini, ita Ang. de malefic. in pari. & Sempronium mandator. in princip. & in l. 1. Cod. de sepulch. violat. Paris de Par. de syndica. verbo. Inquisitio. Thom. Gramm. d. voto 9. in fin. Anton. Capit. decis. 155. & Hippolyt. per Couat. d. n. 10. vers. 4. eadem ratione Barr. in d. l. non solum, §. si mandator. n. 4. ff. de iur. sequitur alios referens Boss. d. tit. de mandat. ad homicid. num. 23. ubi inquit, satis probari in d. cap. 1. nam etsi loquitur litera contra mandantes, multo magis voluit Pontifex punire etiam propriis manibus assassinationum committentes. Et præterea dum etiam punitea pena receptatores & fautores eorum: quam opinionem veram opinatur Cou. ubi sup. si vera est communis interpretatio huius criminis assassinatorum, quam sequimur: secus autem ut ipse censet cum Aretin. ubi sup. & Albertino in c. 1. q. 11. ad fin. de heretic. in 6. Quorum opinio etiam sequebatur Bernardus Diaz, in pract. crim. canon. c. 56. n. 5. Sed eius addit. ubi tenet communem præd. alios citans: nostra tamen præsens hæc deductio probata est d. l. Regia Par-

titiarum circa fi. in vers. Otrosí dezimos, ubi uterque punitur eadem pena mortis, & est communis, ut novissime testatur D. Canter. ubi sup. n. 48.

Quarto quæ ex prænotatis sequitur non esse verum quod Cou. ubi supra d. n. 10. vers. 1. censet, nempe summum Pontificem aduersus laicos & seculares, qui ei subiecti non sunt, quoad temporalem iurisdictionem, nihil in d. c. 1. de homicid. lib. 6. statuere, etiam si aliquem Christianum occidi iusserint, pecunia conductis homicidis qui assassini non sint: quia secundum ipsum huius criminis puniatio ad Principem secularem pertinet, nõ obstante d. constitutione, quæ tantum puni laicos penis ibi expressis, quando hi Christianum aliquem occidi mandauerint, ministerio & opera illorum infidelium, qui assassini dicuntur: hæc enim censura insignis magistris Cou. procederet secund. sui opinionem contra communem, quam ibi totius viribus defendit: Atamen sequendo communem, prout sequenda est in iudicando & consulendo, ut prædiximus, nullo modo procedere potest. Nec est tenenda opinio hæc deducta à Cou. à sua opinione contra communem. Quinimo contrarium in hoc quoque tenendum est, cum assassini dicatur etiam communem. & vulgari modo, quos iuxta communem diximus, in quibus etiam locum habet dispositio d. c. 1. ut probauimus. Licet n. iurisdictionis temporalis & secularis ab Ecclesiastica distincta sit, ut in c. nouit. de iudic. c. canoniam qua el secundo, qui filij sint legitimi, c. Reg. 23. q. 5. potuit tamen summus Pontifex eam constitutionem edere nominatim contra laicos, imo & Imperator ipse sub dictæ constitutionis penis comprehenditur, si id crimen perpetraverit propter atrocitatem & enormitatem criminis, ut post alios considerauit Cou. ubi supra. Quæ ratio militat etiam mandatarij non sint infideles, sed Christiani; in vtraque enim specie delictum perniciosissimum est Christianæ religioni.

Quinto quæ deducitur, quod cum à pari procedant, promittere & solvere, ut in l. si. & ibi DD. cum similib. C. ad l. Falcid. non solum dicuntur assassini, quado aliquid cum effectu datur vel soluitur pro homicidio committendo: sed etiam quando id promittitur, licet non sit solum, ut constat ex pluribus ex supradictis auctoribus præcipue ex Remig. d. fallen. 15. in vers. Ant. Capic. infra, ubi alios in idem citat. & in concl. 1. hoc probat: sequitur alios allegans Boss. ubi supra. n. 15. & 16. & plures referens Malf. ubi sup. n. 1. & 2.

Sexto obseruandum quæ erit, quod quamvis regulariter in criminalibus requirantur probationes luc meridiana clariore: in hoc tamen delicto propter eius immanitatem sufficiunt probabilia argumenta, ut expresse probat text. in d. c. 1. in fin. de homicid. lib. 6. ubi. Et postquam probabilibus consiterit argumentis, aliquem scelus tam execrabile commississe, Rolandus à Valle alios referens conf. 24. n. 7. Et communis secundum Boss. in tit. de conuict. n. 55. & in tit. de iudicis. n. 201. & secundum Malfard. de probatio. c. 1. 122. n. 8. Thom. 77. sit. Sequitur cum aliis Thom. Gramm. voto 8. n. 6. ubi & voto sequenti, n. 17. quod contra assassinum potest iudex procedere ex merito officio, & iuris ordine non seruat, propter immanitatem ipsius criminis. Eandem conclusionem principalem huius 5. deductionis sequitur & probat, sequuto homicidio D. Canter in suis quæst. crimin. d. c. 6. n. 5. Et inquit idem Bossius in tit. de mandat. ad homicid. num. 20. quod veritas est ut intelligatur probatum legitime quando

quando citata parte & per testes idoneos etiam sunt procata indicia & argumeota ita probabilia & verisimilia sicut requirit d. c. 1. Patetur tamen, quod etiam per testes alios idoneos examinatos, non citata parte propter periculum, & deponentes non super argumentis nec indicis, sed super ipso mandato relatur probatio: confidera tamen qualitate suspecti, quia posset esse talis, quod etiam non crederetur eidem, iuxta cap. in fidei, de hereticis in 6. Idem probant sic intelligendi alios citantes Bernard. Diaz de Lug. in sua pract. crimin. cap. 96. num. 3. & ibi eius addit. lit. A. & d. Cantera 22 vbi sup. n. 45. in pr. Quod procedit nedum ad condemnandum poena extraordinaria, sed etiam poena corporis afflictiva, vt testatur constitutissimum esse Petr. Placa, d. c. 19. n. 6. & cum ipso Iul. Clarus, vbi sup. in vers. supradictis, quamvis, & c.

23 Septimū ex supradictis, fit sacerdotem aliumve Clericorum crimen hoc assassini committentem eo ipso absque actuali & solemnī depositione & degradatione posse per iudicem laicum puniri, quasi ob criminis immanitatem sit speciali ratione hoc obseruandum: quia ipso iure remanet spoliatus omni priuilegio Clericali, & postius in potestate iudicis secularis, vt in d. cap. 1. de homicid. lib. 1. ibi, Excommunicationis & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurret sententiam ipso facto, & ibi DD. communiter sequitur plures referens Roland. à Valle, vbi sup. & Thom. Grammat. alios citans d. voto 8. num. 4. & voto 9. num. 18. est communis secund. Remig. dict. fall. 15. num. 10. vbi alios allegat, & secundum Couarr. vbi sup. d. num. 10. vers. 6. vbi Lambert. & Bernard. Diaz, alioque refert huius opinionis auctores, tamen ipse contra eam tenet, eo quod tenerit etiam contra communem interpretationem huius nominis assassinus; nisi vbi Clericus ministerio assassinorum infidelium aliquem fidelem occiderit aut percusserit: Quo calu ipse idem opinatur, & quod prædiximus in hac septima illatione tenendam censet. Sed nihilominus attenda prædicta interpretatione communi & receptissima, etiā in specie huius septimæ illationis, tenendum est cum prædicta communi aduersus Couarr. quam etiam communem esse testatur plures referens Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 36. vers. item quæro, & in vers. sed quæro, statim sequitur (ad quem locum se remittit in d. §. assassinum, vers. final.) vbi refert ex Bernardo Diaz, quod ita in practica obserantur, & quod nihilominus requiritur sententia declaratoria, per quam iudex pronunciet eum esse assassinum, secundum communem opinionem, quam ibi refert. Qua declaratione sic facta non requiritur alia sententia, per quam imponantur poenæ contentæ in dict. cap. 1. sed statim illas incurrit ipso iure & facto: & ita dicit committere tenere omnes DD. Alexand. ab eo relatus conf. 166. num. 1. lib. 7. Hæc autem sententia declaratoria, per quam iudex pronunciet ipsum esse assassinum, spectat ad iudicem Ecclesiasticum, & ab ipso profertur: sed de consuetudine, inquit ibi Iulius Clarus, ego video apud nos seruari, quod si talis Clericus est in fortis iudicis secularis, non fit aliqua declaratoria super hac qualitate, neque per iudicem Ecclesiasticum, neque per secularem, sed reiecta exceptione Clericatus, proceditur ad vltiora contra talem Clericum imputatum de assassinio, & retinetur in curia seculari iudicandus: & deinde perfecto processu & confitito de assassinio, fertur per iudicem

secularem sententia declaratoria vna cum ipsa condemnatione: & quod ita etiam reperit in facti contingencia obseruatum fuisse per Concilium Neapolit. vt testatur Capicinus de off. 12. num. 4. cum segg. & de off. 156. num. 25. vers. sed hanc sententiam, & Grammat. voto 8. & 11. & post hac scripta vidi additio. Bernard. Diaz. vbi sup. lit. B. prædicta ad literam referentem, & sequentem ex Iulio Clar. vbi sup. Apud nos autem dubito de prædicta praxi, quia est contra communem opinionem Doctorum, vt patet ex præcatis & præcipue ex Capic. d. de off. 12. num. 7. quæ in iudicando & consulendo sequenda est. Quinimo D. Cantera. vbi sup. num. 45. in princip. dicit esse falsum, quod iudex secularis possit corporaliter punire Clericum assassinum, & sic in effectu non esse veram communem opinionem huius septimæ deductionis, & num. 47. late id probat existimans esse contrariam opinionem veteriore, nempe quod absque degradatione actuali non possit iudex secularis punire Clericum assassinum, ibique respondet ad dict. c. 1. Sed adhuc teneo quod prædixi, sufficere & esse necessariam sententiam declaratoriam assassini iudicis Ecclesiastici.

Octauū ex d. cap. 1. de homicid. in 6. deducitur, quod etiam si ex assassinio non fit quæstio mors, adhuc eadem poena puniatur assassinum, in modo per conantem non steterit, quin delictum consummaretur, vt probant verba illius, text. ibi: Quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur, per quem text. hanc opinionem tenet Philippus Corneus conf. 249. per totum. volum. 1. contra Dyn. & Ang. in lapud Labconem, §. si curauerit, ff. de iniuriis, existimantes poenam cap. 1. non habere locum, quando delictum non est subsequutum: sed tunc assassinum puniri poena extraordinaria. Sed inquit idem Angel. conf. 14. incip. in quæstion. præmissas num. 3. quod licet hodie de consuetudine generali mundi non puniatur affectus, nisi effectus sequatur: quod etiam sequitur August. de Atimin. additionator eiusdem Aug. de maleficiis in verbo, ex interuallo, num. 16. & plurimi alij testantur, & eos referens Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæst. 42. in princip. & de consuetudine totius Italie, idem refert de off. Pedem. 19. num. 2. & 3. Sed quod est intelligendum, quoad poenam ordinariam, etenim extra ordinem arbitrio iudicantis puniendus est conatus ipse ad exteriori actum deductus, vt docet D. Couarr. in Clem. si furiosus, in initio secunda partis, n. 6. vers. tertio, ibi, Vnde fit, de homicid. vbi refert alios auctores qui prædictæ consuetudinis meminere. Et quod addit, nulla poena puniendum esse conatum in criminibus quæ atrociora non sunt, quoties sua sponte qui conatur, panitur & ab opere cessauerit. Hoc tamen fallit & locum habet in assassino: is enim quod puniatur capitaliter, licet delictum non consummauerit de rigore iuris ciuilibus, secundum Angel. d. conf. 14. n. 4. Quod sequitur idem August. de Atimin. in verbo, & Sempronium mandatorum, sub n. 3. & Franciscus Mantua lib. 5. obseruat. obseruatio. 41. & Mathæus de Afflict. in cons. Neapolit. lib. 1. Rubr. 12. num. 16. Quos duos posteriores refert & sequitur dicens esse communem opinionem. Remig. de Goni. d. fallen. 15. n. 8. in vers. Dico tamen: est communis, vt plures allegans testatur additio Bernard. Diaz. in pract. crim. c. 96. liter. d. est communis & magis communis, vt plures allegans testatur Mascard. vbi sup. num. 2. & 5. & est frequentissimo opinionum consensu recepta, secundum Couarr. vbi supra nemp. in d. l. clem. si furiosus, in initio 2. partis, n. 9. vers. tertio, ibi maxime quem in hoc referunt Plac.

Plac. d. c. 19. n. 9. & Iul. Clar. in d. §. assassinum in vers. scias etiam, vbi etiam dicit Mathæum de Afflict. dicerem ita obseruatum fuisse per curiam Neapol. in quodam assassino, qui cum dardo balistæ dedit in arzone sellæ equi illius, quem volebat interficere, nec tamen eum offendit: quem refert: Et secundum eandem sententiam consuluit Thom. Gram. voto 6. n. 20. 21. & 22. Idem seruauit consilium Neapol. in quodam notario Marco, qui fuit furcis suspensus, licet mors vulnerati per assassinum sequuta non fuisset, secundum Capic. de off. 155. per totam, & idem etiam seruatum fuisse Mediolani refert Cassan. relatus per Iul. Clarum vbi supra. Idem sequitur Carretius in pract. crimin. rubric. de homicid. §. 2. n. 12. & §. 5. n. 8. & n. 100. & est magis communis opinio secundum Ant. Gabriel. in de crimin. concl. 1. num. 9. & cum eo Mascard. vbi sup. n. 2. & n. 5. Et quando saltem deuentum est ad actum insultus & vulnerum, res est expedita, secundum Boss. in tit. de mandato ad homicid. n. 16. ad fin. & Ant. Gom. in d. 3. tomo 3. n. 10. ad fin.

31 Nihilominus tamen idem Gramin. voto 8. n. 8. cum segg. refert, assassinum quendam non sequuta morte, condemnatum fuisse in poena pecuniaria: de quo etiam meminuit ipse super constit. Regn. Jul. 14. col. 2. & voto 20. num. 4. cum segg. Refert etiam assassinum non sequuta morte condemnatum fuisse ad trimes perpetuos, quod iuste facere posse iudicem probat: & quod in hac specie poena mortis non imponatur cum Dyno & Angel. in d. l. apud Labconem, §. si curauerit, ff. de iniuriis, tenet idem Gram. de off. 47. num. 15. addens idem sequutum Amod. Iustin. in suo tract. syndic. circa fin. & ita milles iudicatum fuisse per magnam curiam Vicarie. Vnde ne videatur sibi ipsimet contrarius Gram. in hoc aduertendum arbitrat, d. conf. 9. n. 8. ibi aduertendum, & diuersum esse casum d. voto 9. ad casu posito in dict. voto 8. ex quo d. voto 9. agitur de poena imposita mandatario, qui fecit quod potuit vt illum occideret, & sic pericere non valuit, quia per eum non stetit: vnde merito quod puniatur poena ordinaria: In d. vero voto 8. præcedenti tractatur de poena imposita mandanti assassinum committi, & ideo non mirum si alia mitiori poena condemnentur. Quinimo & Petrus de Anchar. in d. c. 1. colum. pen. vers. primo casu, tenet conatum in crimine assassini si non fuerit sequutus effectus, non esse puniendum poena vltimi supplicij, sed mitiori poena, quod etiam probauit idem Corneus sibi quodammodo contrarius in conf. 202. n. 3. & 4. vol. 1. vbi respondet ad dict. c. 1. de homicid. lib. 6. Sic idem Angel. d. conf. 14. n. 4. cenet esse prudens & clemens consilium, vt ex benignitate relaxetur mandatoribus huiusmodi effectu non sequuto, poena mortis in pecuniaria, & sic extra ordinem: similiter etiam Iul. Clar. in d. §. assassinum, vers. scias etiam, inquit, se vidisse secundum qualitatem facti & personarum diuersimode iudicari, quandoque poenam ordinariam insigendo, & quandoque mitius puniendo, & ideo putat hoc esse arbitrio iudicis relinquendum: idem Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. 9. 2. vers. scias tamen, loquens in atrocissimis delictis, licet prius resoluit secundum opinionem plurium quos refert, quod in illis puniatur quod affectus, licet non sequatur effectus: artem de generali consuetudine, & etiam secundum communem opinionem Doctorum, quos citat adhuc in eisdem atrocissimis delictis mitius puniatur, qui actum non

perficit, licet peruenerit ad actum proximum: & tandem in vers. nihilominus, inquit, quod quia pluries vidit in his casibus diuersimode iudicari, quandoque puniendo conatum in atrocissimis delictis poena ordinaria, & quandoque poena extraordinaria; crederet in practica posse iudicem ad hætere cui opin. maluerit, inspecta facti & personarum qualitate: consuluit tamen vt semper in mitiorem partem inclinet, & in loco prius citato inquit se credere, quod stante præd. consuetudine generali & communi Doctorum opinione, non erraret iudex, qui illam in iudicando sequeretur. Quid tenendum in hoc difficili & controuersio puncto?

Et quidem tamen noster D. Couarr. in d. Clementina si furiosus, in initio secunda par. n. 9. aliquot casus constituit. Primus est in proprio crimine assassini, scilicet, cum agitur pecunia data vel promissa de occidendo homine Christiano, ministerio alicuius infidelis ex gente assassinorum, vt ex ipso auctore supra contra communem retulimus, eum non sequentes: & in hac specie opinatur omnino seruandam præd. constitutionem d. cap. 1. vt illius poenis & aliis ordinariis puniatur ipsum mandatum, etiam non sequuto homicidio, si per ipsum mandantem non stetit, quin homicidium fuerit sequutum.

Secundus casus tamen est secundum communem assassini significationem, in eo, qui cum quolibet Christiano, aut infideli pecunia data vel promissa pactionem inierit de homine Christiano occidendo: & in hoc casu mandatarius, si ad actum proximum processerit & conatum ipsum deduxerit, vt per eum minime steterit, quin scelus peregerit, puniendus erit poena ordinaria, vt tenent prioris partis auctores supra citati. Tamen Ang. vbi supra existimauerit, ipsum esse, quod iudex poenam mortis in hoc casu ordinariam in mitiorem & extraordinariam commutet: nihilominus tamen ipse Cou. arbitrat locum fore ordinariæ poenæ nec eam minuendam esse, si conatus fuerit deducere ad actum admodum proximum ipsius criminis.

Tertius casus est, vt eademem specie casus secundi præcedentis mandator quoque eadem poena mortis ordinaria pleatur, sicut & mandatarius, vt præsupponunt auctores primæ partis, & in specie Lud. Carre. d. §. 5. n. 8. Non enim potest congrue probati differentia, quam inter mandatarium & mandatore in specie constituit Thom. Gram. vot. 8. & 9. ad fin. quam retulimus supra in secunda opin. princ. vt patet ex supradictis in 3. deduction. & præcipue in nostro regno, stante d. l. 3. tit. 27. par. 7. circa finem, vers. Otrosiudeximus, vbi vterque puniatur eadem poena mortis. Et hos tres casus sequuntur Cou. & alios citantes nouissime Iacob. Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. c. 4. casu 360. n. 40. cum pluribus seg. & Bernard. Diaz. d. c. 96. alia 37. lit. d. Ego tamen profecto, etiam attento iuris rigore, id verum esse existimem, equitate tamen considerata, quam iudex semper præ oculis habere debet, nec non & communis consuetudine totius mundi, vt affectus non puniatur, etiam in atrocissimis delictis poena ordinaria, sed extraordinaria arbitrio iudicis, quando effectus non fuit sequutus: similiter & quod curia magnæ vicariæ Neap. milles secund. hoc iudicauerit secundum opinionem principalem supra relata, sequeretur tanquam mitiorem in iudicando & consulendo: nec errare crederem: qui illam sequeretur, nisi qualitas facti & per

personarum aliud vrgenter persuaderet, vt testatur Iulius Clarus *vbi supra*, quod mihi placet & approbo.

58 Quartus casus est, quoties mandatarius assasinus ad exteriorem conatus actum non processerit: tunc enim mandans non est ordinaria, sed extraordinaria pena puniendus, cum aliqui in aliis criminibus non ita atrocibus nulla foret in hoc casu mandanti infligenda: cuius opinionis auctores plures citat ibi Cou. *in versi. quarto*. Adde,

59 idem esse cum mandans tentavit mandatarium, vt pecuniam acciperet & occideret, & mandatarius recusavit, cum conatus sit remotus ab ipso effectu: ita Menoch. *vbi supra*. n. 44. Et est communis sententia secundum addit Bernard. Diaz. *vbi supra*. in fin. Quod si similiter quoad mandatarium locum habebit, vt si ad actum solum remotum processerit, puniatur mihi ex supradictis: ita Menoch. *d. num. 44*. Obseruandum tamen erit, quod in casibus in quibus ille qui deuenit ad actum proximum, non potest puniri pena ordinaria, debet tamen acriter puniri pro motu iudicis, quam ille, qui deuenit ad actum remotum: quia ita tenet consuetudo secundum Bald. *in l. data opera*, n. 77. C.

42 qui accusat non poss. Et in casibus, in quibus puniatur solus conatus etiam non sequitur effectu, semper intelligendum est, vt procedat, quando deuentum est ad actum proximum maleficij, quae est communis opinio secundum Grammat. *voto 36. n. 19*. quem refert & sequitur Iul. Clarus *d. q. 2. in fin. in pract. crim.* & cum his finem facimus huic octauae deductioni. Qui autem in aliis delictis praeter assassinium scire voluerit, quomodo & quando affectus puniatur, licet effectus non sequatur, quia non est nostra materia & ne longiotem digressum faciamus, videat Fel. *in tractatum de conatus*, & Hippolyt. de Matil. *in l. is qui cum telo*, C. ad l. Cornel. de sicar. & deis. Pedemont. *19. num. 2. cum seqq.* & latissime per Couart. *in dict. Clementina si famosus in initio secunda part. n. 6. cum seqq. de homicid.* & Menoch. *d. arbor iudic. lib. 2. cent. 4. casu 360. n. 24. cum seq.* & Anton. Gom. *in 3. tom. c. 3. de homic. num. 41.* & alios citatos per Masc. *verb. assassinum. n. 9.*

44 Nono tamen ex eodem cap. 1. de homic. lib. 6. iuncta gl. ibi *verb. mandauerit in versi. hic autem puto*, colligitur in hoc crimine assassini non esse satis ad effugiendam penam illius constitutionis, quod mandator reuocauerit mandatum re integra, & sic ante eius exsequutionem: adhuc enim incurrit penam, cum ex solo mandato iam prius ligatus esset: quam glossam sequuntur ibi Ioann. Andreas Dominicus. *col. pen. & final. Franc. & Ioann. Monach. col. 2. & Villadieg. de vreg. c. 6. n. 79.*

Contrarium tamen in hoc sensu Ang. *in dict. l. apud Laabeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. & Hippolyt. de Matl. conf. 105. n. 22.*

Sed conciliandae sunt haec opiniones duobus modis in idem prope tendentibus: primo, vt haec secunda procedat quando delictum ad exitum non perduxit, quia noluit, penitentia ductus; tunc enim vera est propositio non puniri affectum, nisi sequatur effectus. Prima vera opinio procedere potest, quando iste qui habuit animum delinquendi, fecit quantum in se fuit, nihilque intactum reliquit quominus delinqueret, sed ad delinquendum non potuit procedere: Iste enim casu dicitur assassinus & puniatur affectus, etiam non sequuto effectu. Ista distinctio colligitur ex Hippolyt. *in l. is qui cum telo*, num. 82. C. ad l. Cornel. de si-

car. quem refert & sequitur in proposito Mascar. *d. verbo assassinum. n. 6.* & hoc secundum membrum sequitur etiam D. Cantera *vbi supra*. num. 49. ibi: Aut non est sequuta mors.

Secundo modo conciliantur 4. opiniones contrariae, nempe vt prior procedat & vera sit, quoties reuocatio mandati minime nota fiat mandatario, atque ideo ipse vel mandatum exsequitur, vel ad actum proximum ipsi crimini processerit. Hoc namque casu mandati reuocatio excusat mandatorem: quia vt cum excuset, debet intimari mandatori re integra, vt in terminis mandati de percutiendo vel capiendo clericum, ne mandans ex eo facto postea sequatur incidat in excommunicationem, tenuit gloss. *l. in e. cum quis*, vbi DD. de sententia excommunic. lib. 6. quae est ordinaria secundum Felin. *in c. ex parte decani. n. 6. de rescriptis*, sequitur & explicat Syluest. *in summa verb. excommunicat. n. 5. versic. tertio cum quis supra glossa*, & ibi DD. *in c. mulieris. §. ult. de sententia excommunic. sequitur alios allegans & sic declarans gloss. praedict. c. 1. de homic. lib. 6. D. Couart. *vbi supra*. n. 9. vers. quinto, sequitur & dicit communem Ant. Gom. *in d. 3. tom. c. 3. n. 40.* amplians etiam tacite reuocauerit mandatum faciendo pacem cum inimico, si hoc perueniat in notitiam mandatarij. Ampliat secundo, etiam si huius modi reuocatio tacita vel expressa ei non intimetur, in cuius praedictum erat factum mandatum. Ego t. vber praed. concordias sequor, hoc addito, quod adhuc in casu primae opinionis, nempe in quo procedere diximus glossam *d. c. 1. verb. mandauerit*, si effectus mandati non sit sequutus, licet mandatarius ad actum proximum ipsi crimini processerit, non sit imponentia pena ordinaria assassini consummatis, sed mitior arbitraria, nisi qualitas facti & personarum aliud vrgenter expulseret, vt supra diximus. Addit Couart. *vbi supra*, quod si mandatum fuerit reuocatum, nec aliquis effectus sit sequutus, quia mandatarius fuit certus de reuocatione, tunc etiam in atrocioribus non erit locus penae ordinariae, licet extra ordinem vtrique sit arbitrio iudicis puniendus, secundum Hippolyt. & Carterium, quos refert: & tandem inquit, quod si mandatarius non obstante reuocatione ad mandati exsequutionem processerit, videtur non esse mandatorum pena ordinaria puniendum, sicuti apparet ex glossa *in d. c. cum quis*, & his, qui eu sequuntur. Grauiori tamen pena in hac specie quam in praecedenti puniendus est: & quod t. in atrocioribus (prouit est crimen assassini) etiam si delictum non sit sequutum ex solo mandato suscepto teneatur mandatarius, & debeat puniri pena arbitraria: in aliis vero criminibus leuibus in totum excusetur, tenet cum aliis Anton. Gomez *vbi supra* num. 41. quod verius credo quam distinctio D. Cantera. *d. cap. 6. num. 50.* existimantis in t. primo praedict. casu Anton. Gomez. assassinum mandatarium promissa pecunia in praedict. specie, si non accepit pecuniam, non puniri aliqua pena: si vero ex alio non fecit delictum, non quod penituit, sed ex alio impedimento puniretur aliqua pena extraordinaria: promittens autem, credit, quod semper, etiam si non sequatur homicidium, debeat grauiter puniri: quia per eum non stetit, quin commisset delictum & habuit animum vt committeretur. & fecit quod in se fuit: Haec enim distinctio, tum in eo, quod vult constituere differentiam inter assassinum pecunia data vel promissa non soluta, vera non est: quia contra communem de qua supra in 5. deduc-*

tionem etiam in 1. casu, dum tenet in ea specie ex sola acceptatione mandati mandatarium non puniri aliqua pena; quia negari non potest, quin adhuc crimen eo ipso admiserit, licet leuius puniendum quam in secundo casu praenarrato. Quod autem promittens in proposito, etiam non sequuto homicidio debeat grauiter puniri, quando per eum non stetit, &c. bene dicit. Et haec sufficiant circa primam partem nostrae quaestionis princip. quis dicatur & sit assassinus.

50 Circa t. secundam partem nostrae quaestionis principalis, an assassini gaudeant immunitate Ecclesiae, necne? Videtur prima facie dicendum eos gaudere, quia nullo iure reperiantur exclusi: ergo quantumcumque grauius delictum commiserint, iniuri ab Ecclesia abduci non possunt, cum hic casus non sit de exceptis in cap. inter alia. de immunit. Eccles. iuncta communi opinione, de qua in quaestionibus praecedentibus. Secunda, quia etiam pro crimine laesae Maiestatis humanae, quod est grauius delictum gaudet quibus immunitate Ecclesiae, vt resoluimus supra hoc lib. quaest. 4. vers. quartum & vltimum.

Nihilominus tamen contrarium est tenendum, imo quod assassini non gaudeant immunitate Ecclesiae. Et primo, quia si assassinum in eum accipiamus sensum, quorum intelligit Couart. cum ceteris ab eo citatis contra communem, nempe in infidelibus hoc delictum committentibus, eo solum quia t. infideles sunt, gaudere non debent immunitate Ecclesiae, iuxta communem sententiam Doctorem, quam sequitur aduersus aliam receptam Couart. *lib. 2. variarum resolutionum. c. 20. num. 1. vers. decimo tertio*, est communior praedicta sententia negatiua, secundum Remigium de Goni, ex testimonio Hippolyt. de Matl. quem & alios plures pro ea refert *limitat. 18. per totam*, vbi eam sequitur contra alios regulariter, nisi quando Iudeus seu infidelis fugiunt ad Ecclesiam, & petunt baptismum & volunt effici Christiani, quia tunc gaudent immunitate Ecclesiae: & isto casu procedit opinio contraria affirmatiua, & quod Iudei & alij infideles non gaudeant immunitate Ecclesiae, est communis secundum Iul. Clarum, & eum referentem Olanum *in sua concordia iuris Siteri l. num. 1.* vbi eam sequitur, *l. 4. tit. 1. 1. part. 1. contra Villalob.* qui tenebat per illam legem gaudere immunitate Ecclesiae: sed nihilominus contrarium, vt diximus probat Olanus, dicens, ita esse vltu receptum.

Quanto magis propter crimen assassini, pro quo gaudere non debent praedicta Ecclesiae immunitate, vt deducitur ex *d. c. 1. de homicid. lib. 6. ita in specie probat, & tenet Couart. vbi supra*. n. 10. vers. 7. in princ.

Secundo, quia si secundum communem sensum & a nobis sequatur, de quo supra assassinum intelligamus atque interpretemur, non etiam gaudeant immunitate Ecclesiarum, tenendo communem opinionem, quod occidens t. alterum proditorie & per insidias non gaudeat immunitate Ecclesiae, iuxta text. *in c. 1. de homicid. in decretal. & eius communem intellectum & magis practica-bilem*, vt resoluimus *supra*. lib. 1. pract. quaest. 9. 2. num. 2. tamen si contrarium plures teneant infirmari tamen non potest, quin in iudicando & consulendo prior communis intellectus sit tenendus, & ab ea communi recedendum non est, secundum Anton. Gomez *in 3. tom. cap. 1. num. 2. vers. 5. limita-*

& est communis opinio quae in practica feruatur, secundum Iulium Clarum, qui alios auctores citat, & dicit hoc esse proculdubio in sua pract. *crim. §. fin. quaest. 30. in versi. hoc autem*, vbi refert Remigium fallen. *19. & Milium in pract. crim. fol. 31. num. 17.* sed assassini etiam Christiani cum per insidias occidant, vt supra deduximus, & expressum est in *dict. l. 3. tit. 27. part. 7.* dicitur proditores, & delictum proditorie & cum aleuofia committere: & ideo debent puniri eadem pena qua puniuntur proditores vel aleuofi, vt inquit Anton. Gomez *in dict. 3. tom. cap. 3. de homicid. num. 10.* & D. Canter. *dict. cap. 6. num. 49.* quorum iam supra meminimus: & in terminis quod assassinum non gaudeat immunitate Ecclesiarum, tenet Marcus Mantua *lib. 5. obseruat. legat. obseruat. 41.* quem refert & sequitur Remig. de Goni. *de immunit. Eccles. fallen. 15. num. 8. in versi. vemo ad fallen. & in versi. seq. vbi*, & quod assassini: sequitur etiam D. Couart. *lib. 2. variarum resol. dict. cap. 10. num. 10. versic. septimo*, vbi refert Speculatorem 2. part. de concil. cap. 45. scribentem, Christianae republicae conueniat lege lata declarari, assassinos posse ab Ecclesiis & templis ad punishmentem euelli. Et haec est crebrior apud omnes recepta opinio, vt dicit Plac. *d. cap. 19. num. 24.* quem refert idem sequutus Iulius Clarus *d. §. assassinum, versi. item licet*. Hodie, vide constitutionem nouam Gregor. XIV. Pontificis Maximi, quam supra inferuimus ad fin. *quaest. 1. huius libri.*

Quinimo nec fautores eorum gaudere debent immunitate praedicta, secundum Remig. *vbi supra*. n. 9. cum Marco de Mantua, ab eo citato: quorum sententia vera mihi videtur, & probari potest ex eodem *c. 1. de homicid. in 6. d. l. Regia part. 7.* siquidem his iuribus eadem pena horum fautores puniuntur: consentiunt enim, & auxilium praestant proditori & infidioso homicidio.

Dubitari tamen potest, an idem sit dicendum in 54 hoc eodem crimine assassini, quando delictum non fuit consummatum, sed attentatum, & sic non fuit sequuta mors, non tamen stetit per committentem: quia imo ad exsequutionem fuit processum, sed aggressus vniuersatus vel alius liber euasit? In quo si ad communem opinionem priorem, quam supra adduximus, repectus habeatur, quae habet, vt pro hoc crimine in hac eadem specie pena mortis imponatur, ac si mors sequuta fuisset ex praedicto assassinio: non est dubitandum, quin dicti assassini non gaudeant immunitate Ecclesiae per praedicta: & in terminis sic tenet Remig. *vbi supra*. n. 8. vers. 5. dicimus: Quod si hoc casu pena mortis sit imponentia, sed alia grauis arbitrio iudicis, secundum eam opinionem quam supra vltimo loco posuimus: atque tanquam mitiorem probauimus; adhuc idem probat ibi Remig. nempe, vt non gaudeant immunitate Ecclesiae: quia eo quod puniuntur extraordinarie, commiserunt delictum, si delictum fuit infidiosum: Ergo non gaudent.

Haec t. quaestio dependere videtur ab altera: an 55 text. in *d. c. 1. de homicid. in decretal. iuxta eius communem intellectum*, quo probatur homicidam proditorum non gaudere immunitate Ecclesiae procedat etiam & locum habeat in percutiente alterum proditorie, licet inde mors sequatur? Et in hoc vera & magis recepta sententia videtur, quod si proditorie animo occidendi illum percussisset, non gaudeat immunitate Ecclesiae, alias secus: quam tenet Igneus *in l. 1. §. si domus. n. 7. dicens n. 29.* ita iudicatum fuisse, ff. ad Syllan. sequitur late probans & alios allegans

C Remig.